



**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilman

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

12. De Theodorico rege Ariano post mortem ad insulam Liparim in ollam
Vulcaniam delato.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](#)

cis in eam dignitatem assumptus est, ut maior esset in aula regia. Quem postea dignitate eadem exutu monasterio Luxouensi addicunt. Porro Ebroinus magna impietatis homo clericaturam abiiciens, à Luxouio cœnobio egreditus, mox copiis vnde cunque sibi aggregatus, principatum vi sub Theodorico rege obtinens, in multos episcopos, viros deinde illustres, & diuersæ conditionis homines crudeliter seuit, ablatis facultatibus complures ex illis contra datam fidem interficiens. Hic itaque Ebroinus crudelitate nimia sequus ab Hermenfrido Franco interfectus est. Erat tunc temporis vir oculis cœcatus unus ex illis, qui bus Ebroinus effoderat lumina, in insula Luguænsis prouinciæ, quæ Barbara dicitur. Qui cum nocturno tempore super ripam Sicaniæ fluminis orandi gratia resideret, audiuit nauigantium impetum, & magna vibra chiorum contra impetum fluminis insurgentium. Cumque interrogarent, quo nauigium illud tenderet, vox in auribus eius percrebuit: Ebroinus est, quem ad Vulcaniam ollam deferimus, ibi enim facti sui poenas huc. Hoc idem vir audiuit ad consolationem sui, vt sciens quam poenam persecutores istorum sentirent.

D. Gregorius Magnus libr. 4. Dialogor. cap. 30. De Theodorico rege Ariano post mortem ad insulam Liparum in ollam Vulcaniam delato.

P p 6 CAP.

IVLIANUS huius Romanæ Ecclesiæ, cui Deo auctore deseruo, secundus defensor, qui ante septem fermè annos defunctus est, ad me adhuc in monasterio positum cœbido veniebat, & mecum colloqui de animæ virtute consueuerat. Hic itaque mihi quadam die narravit, dicens: Theodoricus regis temporibus, patr' socii mei in Sicilia exactionem canonis cogerat, atque iam ad Italiam redibat. Cuius causa appulsa est ad insulā, quæ Liparis appellatur. Et quia illic vir quidam solitarius magnæ repararent, visum est prædicto patr' socii mei ad eundem virum Dei pergere, sequecius orationibus commendare. Quos vir Domini cum vidisset, eis inter alia colloquens dixit: Scitis quia Rex Theodoricus mortuus est? Cui illi protinus responderunt: Absit, nos cum viuentem dimisimus, & nihil tale ad nos de eo nunc usque perlatum est. Quibus Dei famulus addidit, dicens: Etiam mortuus est. Nam hesterno die horum nona inter Ioannem Papam & Symmachum Patricium discinctus, atque discalceatus, & vinctis manibus deductus, in hanc vicinam Vulcani ollam iactans est. Quod illi audientes sollicitè conscripserunt diem, atq; in Italiam reuersi, eo die Theodoricum regem inuenierunt fuisse mortuum, quo de eius exitu atque supplicio Dei famulo fuerat

fuerat ostensum. Et qua Iannem Papam affligendo in custodia occidit, Symmachum quoque Patricium ferro trucidauit, ab illis iuste in ignem missus apparuit, quos in hac vita iniuste iudicauit.

De V Valero de Mere, qui vidit Archiepiscopum N. deferri ad montem Heelam, eius visionis occasione ipse postmodum religiosissimam duxit vitam.

CAP. XII.

V Valerus de Mere vir nobilis, satelles Caroli V. Imper. cum aliquando nauigaret ad partes Boreales Islandiam versus secundo vento, vidit nauim ex aduerso ferri, itidem secundo vento, atq; in puppi illius quoddam monstrum in star hominis nigerrimi, tanquam nauarcham constitutum. Cumq; nauta huius V Valeri pro more acclamaret, quid mercium vicerent, & quorsum tenderent, respondit dæm non alterius nauis detector, Nos vehimus Archiepiscopum N. nominando ciuitatem, in qua fuerat Archiepiscopus, & tendimus ad monte Heelam. Quo auditio V Valerus iste totus contremuit, & vitae suæ rationes subducere incipies, cum primum Leidam Hollandiae reuersus est, amplexus est institutum D. Francisci, ibidem sub patre V Vilhelmo Delphensi professus, (qui hæc domi meæ in plena mensa multis honestissimis viris affectibus exactè narravit) & postmodum Doradaci sepultus est.

F p 7 Lan-